



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. IV. Romana supplementi legitimæ. Posito, ut in concursu filiorum
diversi matrimonii, fœminæ faciant numerum juxtà discursum
præcedentem; An faciant partem sibi ipsis, vel potius masculis earum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

equaliter prospicit, hinc recte dici potest, ut non faciat numerum, nisi prout superstibus fratribus expeditum similes illa persona ad effectum successionis habetur pro mortua, & non extante; Secùs autem si unius ex fratribus tantum renunciet, cum tunc faciat numerum, ac etiam partem ad communam, & utilitatem renunciarit, perinde ac si successisset, atque illico per actum occultum ejus agnitus portionem unius ex fratribus cessisset, quoniam impossibile est, ut una & eadem persona possit eodem tempore haberi pro mortua, & pro viva, quodque sit de jure legitima succeditrix, & tamen non faciat numerum ex deducitis per Fab. de Ann. cons. 45. num. 9 & 13. Bellon. jun. de jure. acres. cap. 5. quest. 49. num. 12. Bellon. jun. de jure. sequen. Unde cum feminam respectu fratrum interinotum non dicatur in materna successione extranea, neque per Statutum exclusa sit, impossibile videtur, ut numerum facere non debeat.

Et quamvis etiam in isto caso successoris matris binubus, non cesse respectu fratrum germanorum, feminarum exclusio resultans à Statuto, quod de materna etiam successione disponat, ut disc. sequen. Atamen id solum procedit, quod partem, non autem quod numerum, quod scilicet feminam fингitur succedere, sed illam partem, in qua illa succedit, masculi auferunt, & sibi applicant. Paris. cons. 36. num. 29. lib. 2. Bellon. jun. alios cumulans dicto lib. 5. cap. 49. num. 13. 15. & 16. Rot. dicta decisi. 137. numer. 16. & sequen. par. 6. recen. quoniam quoad fratres habetur pro extranea, sed quoad alios habetur pro succedente.

Quarto id recte comprobari dicebam ex consuetudine Neapolis incipiente, si qua mulier, ubi disponitur, quod moriente matre cum filiis diversi matrimonii, omnes tam masculi, quam feminæ, iuxta juris communis dispositionem equaliter succedant, omnesque concurrant, ita ut tot sint portiones, quae sunt personæ, non obstante, quod ibi, tam ex Constitutione generali Regni, quæ incipit in aliquibus, quam ex ejusdem Civitatis consuetudinibus, stantibus masculis, feminæ non succedant, quoniam id procedit discretivè; ut partes feminarum earum respectivè germanis fratribus accrescant, non autem ad impediendum numerum Franch. decisi. 149. num. 11. & per rot. decisi. 566. in principio, & dec. 639. num. 8. Molphes. ad easdem consuetud. par. 7 de success. ab intestato quest. 22. num. 14. Botiglier. de success. ab intest. theorem. 16. num. 7.

Ubienon non habetur casus in jure decisi, tunc licet aliarum provinciarum, vel locorum leges, seu consuetudines deducuntur, saltim tanquam doctrina magistrales, seu pro casus dubii interpretatione, præstent ubi juris rationibus, & principiis inveniuntur; Ut de legibus partitarum Hispaniæ attendendis, ubi nostra leges deficiunt, vel sunt dubia Franch. decisi. 578. num. 12, Rot. decisi. 27. num. 8 par. 1. rec. Et generaliter de attendendis legibus aliarum provinciarum, vel dictiorum præstent vero adjacentium ex l. in l. de quibus num. 6. ff. de legibus, Costant. in l. 1. ff. de filiis officialium lib. 10. num. 36. Adden. ad Rovit. prag. 2. de cessione bonorum, vers. licet vero, scribentes apud Prat. respons. crim. 46. num. 33. & seq. & advertitur disc. præced. Atque ex Doctoribus idem quod à dicta consuetudine disponitur, habetur (quamvis articulo non examinato) apud Michalor. de fratr. par. 3. cap. 9. num. 7.

Non placuit autem alterum fundamentum resolucionis; ob restitutionem suitati à dicto legato resultantem; Quamvis enim vera sit conclusio, ut statutaria exclusio procedat parente decedente ab

intestato, secùs autem condito testamento, per quod parentis potest, eum quem Statutum facit ex- 16
traneum, reddere suitati, ut ex Casfr. cons. 52. num.
2. lib. 1. & aliis plenè Cyriac. controu. 71. num. 16. & 72.
num. 19. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quest. 8. num. 53.
decisi. 206. par. 1. diversi, ac habetur plures in sua ma-
teria sub tit. de success. Nihilominus hic est effectus
voluntatis, qui eatenus procedit, quatenus talis vo-
luntas accedat, recedendi scilicet à statutaria dispo-
sitione, eique se non conformandi.

Id autem probabilius dicendum videbatur non probari ex hujusmodi modo disponendi, per quem testatrix, potius cum statuto se conformasse, quam recessisse dicitur, instituendo solos masculos, fe-
minas autem excludendo à successione, alias eis de
jure quasi debita æqualiter cum masculis, ut bene
advertisit Gabriel. cons. 140. num. 12. lib. 2. Neque mo-
dicum legatum relictum in signum cujusdam amo-
ris materni, operari potest hunc effectum, cum id
sisteri soleat ob quendam imperitorum Notariorum
cautelam præservaadi testamentum à virtu præteri-
tionis, unde propterea voluntas testatoris ita direc-
ta est ad maiorem statutarie dispositionis firmata-
tem, ac observiam, ideoque nullo pacto operari
debet effectum de directo contrario; Hinc pro-
inde intellectus huic agnitionis speciei nunquam
acquiescere potuit, cum nullum habeat probabile
rationis fundamentum, quoniam alias, data restitu-
tione suitati, sequeretur, ut feminis aperiretur
etiam actio ad petendum supplementum legitima,
quo nil absurdius, cum clausulæ circa titulum institu-
tionis, & pro omni, & toto eo &c. etiam cum men-
tione legitimæ, præstent in testamento mulierum,
& idiotarum, frequentius, ac fortè semper adjici so-
leant ex insulis, ac superabundantibus cautelis
Notariorum, vel aliquis Doctoratri ad magis cor-
roborandam feminarum exclusionem, ut in dicta
sua materia sub tit. de successionibus advertitur.

ROMANA SUPPLEMENTI LEGITIMÆ P R O CAROLO FERRINO C U M B E L A R M I N I S.

Casus decisus per Rotam pro Belarmino.

Posito, ut in concursu filiorum diversi matri-
monii, feminæ faciant numerum juxta
disc. præcedentem; An faciant partem fi-
biipsis, vel potius masculis earum germa-
nis fratribus.

S U M M A R I U M.

- 1 Acti serios.
- 2 F Resolutiones causa.
- 3 De solvente alteri quam creditoris.
- 4 Quid disponat Statut. Urb. 145.
- 5 Ut ad effectum dicti Statuti masculis debeat effe-
res universalis.
- 6 Contrarium seu declaratur.
- 7 De ratione.
- 8 Declarantur decisiones contrarie.
- 9 Dos datae feminæ est pretium exclusionis.
- 10 Quod distinguendis suis casus pro doctrinarum ap-
plicatione.

II Fr. rec

De LUCA
De
testamentis
et cœt.
GVI
9

8 DE LEGITIMA, ET DETRACT.

- 11 *Fratres uterini non excludunt sororem.*
- 12 *Statutum non suffragatur extraneo.*
- 13 *De eadem conclusione, de quanum. n.*
- 14 *Existentia masculi de facto non sufficit, si non succedit.*
- 15 *De casu, de quo disc. preced.*
- 16 *De Statuto Urb. 141, an procedat favore alterius feminae.*
- 17 *De decif. 885. Seraphini.*
- 18 *Ete de causa aliarum decisionum.*
- 19 *Decausu praeceps, & quomodo decisiones conciliantur.*
- 20 *De pluribus auctoritatibus in casu praeceps favore masculi.*
- 21 *Quomodo quæstio sui decidenda.*
- 22 *De eodem, & quod attendi debet substantia voluntatis statuentium.*
- 23 *Quando feminæ dicatur agnita, & restituta suis per legatum sibi factum.*
- 24 *De alio casu controversie pro intelligentia Statuti 146. Urbis.*

D I S C . IV.

Super eadem legitima Aurelia binubæ, de qua discursus precedenti, post terminatam controversiam inter masculos primi, & secundi matrimonii, insurrexit Veronica filia primi, seu Bellarmini ejus interim defunctæ filii, & heredes, potentes à Carolo fratre uterino, communis matris herede universali, supplementum legitimæ, stante legato per matrem sibi facto, ab A. C. sententiam favorabilem reportarunt, introductaque per 2 appellationem causa in Rota coram Albergato, prævia decisione 23. Junii 1670. dicta sententia confirmata fuit, & commissa denud causa coram Vicecomite sub die 27. Aprilis 1671. pro sententia confirmatione responsum fuit, quamvis ex diverso motivo, ut habetur infra in fine.

Tres autem erant puncti, de quibus in hujusmodi disputationibus actum fuit; Primo scilicet, an legitima Veronica deberetur, vel potius ejus portio accresceret Hyacintho germano fratri; Secundò quatenus deberetur, an constaret, quod integrè soluta esset dictio Hyacintho; Et tertio, quatenus de dicta solutione constaret, an heres excusandus veniret à replicata solutione.

De hoc tertio punto habetur actum in sua materia sub iuris credit, dico. 58. an scilicet, & quando debitor solvendo alteri, quam verò creditor, liberatur; Et secundus erat nudi facti & calculorum, de quibus ad Advocatos non pertinet agere.

Quatenus igitur pertinet ad primum; Non dubitabatur, ut attenta dispositione juris communis, tam feminæ, quam masculi, & qualis esset conditio in legitima, adeo ut displiceret, quod in decisionibus desuper editis, legum, & auctoritatum cumulus fieret, super tam certo, & non controverso principio, quod est presupponendum, sed quæstio restringebatur ad Statutum Urbis 145. quod litteraliter disponit, ut feminæ per fratrem dotata, vel dota, excludatur à successione, tam patris, quam matris, quodque unica dotatio pro utraque successione sufficiat, quæ jam sequuta erat, an scilicet effemina in casu Statuti, vel potius eo cessante, intraret dispositio juris communis.

Dicebant autem Scribentes pro auctoribus, (atque in decisionibus firmatur), non iatrare Statutum, quoniam ad ejus effectum requiritur, ut masculus excludens esse debeat heres universalis pa-

rentis, de cuius successione agitur, quod in Hyacintho non verificabatur, ut potius instituto in sola legitima; Ad quod probandum deducebantur finita per Mangil. de imput. quest. 71. & latius Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quest. 2. num. 56. & seqq. usque ad finem, qui ponit causum præcium, quod masculo reflecta fuerit legitima, & alter institutus fuerit hæres.

Ac etiam fundamentum constituebatur in auctoritate Castr. conf. 196. lib. 1. Gabriel. conf. 10. & n. lib. 2. & Rot. apud Seraph. dec. 885. & dec. 461. para. rec. magis vero in moderna decisione edita in Romana *Supplements legitima* 24. Martii 1659. coram Cerro, ubi dicitur, quod ad effectum, ut intret Statutum, requiritur, ut masculus excludens sit hæres, & non alias; Confiscando etiam, juxta currentem abusum, pleraque alias auctoritates, ac decisiones infra expensis, occasione distinguendi causas, de quibus illa agunt.

Scribens ego pro Carolo reo convento (ita etiam de consequenti tuendo Hyacinthum, cuius commodum, vel in commodum questionis effectus persecutabat); Dicebam (etiam in sensu veritatis) quod dictæ auctoritates, bene loquerentur, ac clementer in suis respectivis casibus, manifesta vero facillia esset in earum mala intelligentia, seu mala applicatione; Omnes etenim auctoritates in eisdem decisionibus deducuntur, ac alias similes per allegatos recentes, percutiunt questionem pendentem ab intelligentia doctrina Bartoli in l. 1. q. qui habebat, de bon. poss. contr. tab. an scilicet, ad effectum exclusione, sufficiat existentia personæ excludens de facto, quamvis illa non succedat, adeo ut contendat de exclusione hæres extraneus, cui accrescere deberet portio personæ exclusiva, & tunc apud legatos bene firmatur opinio, quæ antesignanum vulgo habet Castr. d. conf. 196. favore persona exclusive.

Et merito, quoniam cum Statutum feminas excludat favore agnationis, & per masculos agatos, intelligendum est cum effectu, quatenus sicut ipse masculus succedat in eo, quod feminæ auferatur, utilia adimplatur Statutum finis, & ne portio feminæ impingat hæreditatem morientis ad commodum extranei, seu personæ non contemplatae, ut etiam advertitur infra disc. 10. idque in effectu dictæ auctoritates, bene, ac fundate concludunt.

Et sicut in earum aliquibus, praesertim in dicti moderna decisione Romana *Supplements legitima* 24. Martii 1659. coram Cerro, dicatur, ut masculus excludens esse debeat heres universalis, (idemque exemplificando casum) supponat Merlin. n. supra, atque in hoc totum fundamentum constitueretur; Atamen advertebant id continere & equivocum manifestum, quoniam, ut advertitur in discursus præcedentibus, qualitas hæreditaria in reliquo beside non est annexa iuri filiationis, vel sanguinis, cum in eo, etiam filii, extraneorum iure censeantur; Verum punctus est in legitima, in qua constitutus iuri filiationis, atque in implemento dicti finis, seu effectus, ut scilicet id, quod personæ exclusa auferatur, accrescat personæ excludenti, ejusque commodo cedat, non autem extranei; Ideoque ad id explicandum, demonstrative, vel presuppositivæ potius, quam taxativæ enunciatur in masculo qualitas hæredis universalis, non autem ut ea præcisæ necessaria sit; Id enim continet errorem manifestum, cum nullo iure, vel ratione fundatum sit, dum in causa testamento, jus filiorum est in sola successione necessaria legitima; Alias enim si parentes, institutus

DISCURSUS IV.

9

pro validitate testamenti filii masculis, ita legatis
eos gravaret, ut integrum asem absorberent, adeò
ut vix instituti legitimam obtinerent, ita istud aliud
damnum sentire deberent, admittendi fœminas ad
sequalem successionem, quo nil absurdius.

Clarius vero ubi, (ut in hac fæc[i] specie) masculus
jam fœminam dotaverat, atque à paterna successio-
ne excluderat, ita enim fœmina constituta fuerat in
statu extraneo pro utraque successione, juxta litté-
raliter Statuti dispositionem; Ac etiam pondera-
bam, quod congrua, & pinguis dos scutorum de-
cem mille, quam Hyacinthus germanus frater so-
rori præbuerat, esset pretium utriusque successio-
nis, & consequenter quod injustum esset, ut de-
nuo ista obtinetur; Et conferunt, quæ in casu for-
tiori habentur infra d[icitu]s 6.

Ad elucidandum autem æquivocum prædictum,
distingendumque auctoritates, quæ hinc inde in
confuso, pro consueto inepto pragmatico more
consarcinabantur. constituebam plurim diversos
casuum distinctionem, ad quam r[es] p[ro]f[und]e[n]do,
benigne leggregando, vel ponderando auctoritates,
casus videbatur planus.

Primus enim casus est ubi ex matre binuba ab
intestato moriente, superfunt filii masculi unius, &
filia fœminæ alterius matrimonii, & tunc planum
est, quod Statutum non intrat, sed fœminæ faciunt
numerum, & partem, eisque debita est legitima ad
limites juris communis, quoniam cum Statutum
inductum sit favore agnationis, suffragari non po-
test masculi uterini, ut potest ab agnatione extraneis,
& qui extranorum iure censentur; Et in his termini-
nis loquitur Rot. decisi 461. num. 6. & 7. & per tot.
par. 2. res decisi 80. post Gilian. ad Statut. & in aliis;
Verum ista extraneæ sunt à casu nostro, ideoque fe-
gregande.

Secundus casus est, ubi pater, vel mater, habens
filiam fœminam, instituit hæredem extraneum,
quicunque Statuto Urbis 141. mandanti ut filia de-
bet acquiescere paterno iudicio, velit eam exclude-
re à successione, vel supplemento legitima, & isto
casu etiam verum est, quod Statutum non intrat,
quoniam cum illud conditum sit favore descendenti-
um masculorum de agnatione, non potest suffra-
gari heredi extraneo, qui commodum reportare
velit fœminæ exclusione; Atque de isto casu præ-
cisus agitur per Gabriel. conf. 10. lib. 2. num. 10. & seqq.
& per rot. ut patet ex toto contextu, & ex argumen-
to consiliu[m] in fine, & bons. 11. edito in eadem causa,
ideoque ista doctrina pariter omnino extranea est à
casu nostro, atque male ad rem deducetur, dum
potius retorquetur.

Idem quoque est casus dec. 161. post Pacif. de sol-
vian. quod mater habens filiam, instituerat penitus
extraneum, nempelocum pium; Ac etiam in casu
decisi 770 par. 2. recen. mater habens filiam, institue-
rat hæredem ejus fratrem, filię exclusę avunculum;
Et in his terminis loquitur etiam Gratian. discept.
587. num. 4. Ideoque pariter ista decisiones erant
omnino extraneæ, ac potius retorquentur, quo-
niam expresse admittunt, quod si contentio esse-
cum fratre utrinque conjuncto, in quo concurrat
qualitas agnationis, & filiationis, intraret Statu-
tum, ac fœmina remaneret exclusa.

Tertius casus est, ubi mater biauba habens so-
lida filiam fœminam ex primo matrimonio, inhi-
tux hæredes filios masculos secundi matrimonii; E-
t[em] tunc ex eisdem rationibus cadentibus sub primo
casu, de quo supra, dicendum pariter est, quod Sta-
tutum non intrat, quoniam Statuta mandantia, ut
fœminæ acquiescant paterno testamento, intelli-
Card. de Luca P. III. de Legis.

guntur, quatenus commodum dispositionis cedat
masculo agnato, & hic est casus, de quo agitur decisi.
81. post Gilian. ad Statut. Peruſ. & sic pariter extra
casum questionis.

Quartus est, ubi agitur de unica morientis filia
fœmina, quæ ab intestato excluderetur per defun-
cti fratrem, an scilicet idem procedat condito te-
stamento, & concluditur quod si in testamento in-
stitutus est idem frater, adeò ut commodum exclu-
sionis sit illius, qui ab intestato esset exclusurus, &
tunc filia non possit impugnare testamentum; Se-
cūs autem si id cederet ad commodum extranci,
quoniam sola existentia de facto masculi excluden-
tis, non facit exclusionem, nisi illius commodum
ejusdem masculi favore cedat, & hic est casus, de
quo agunt Castren. cons. 196. num. 1. cum duobus seqq.
lib. 1. & aliis per Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quest. 2. nu-
mer. 56. & seqq. ad fin. sed pariter extra rem no-
stram.

Quintus est, ubi ex matre binuba superfunt filii
tam masculi, quām fœminæ ex utroque matrimo-
nio, oritur autem contentio inter masculos utriusque
matrimonii habentes respectivè sorores, an
poscent nolle, seu respectivè velle istas ponere in
numero, ad effectum faciendi transire legitimam de-
tricte in semislem, & de isto casu agitur dec. 157. &
160. p. 6. recen. ac etiam disputatur in ista hæredita-
te d[icitu]s precedent. & sic pariter extra rem nostram,
quoniam contentio erat inter masculos diversorum
matrimoniorū, an possent, vel non possent compu-
tare fœminas, ad dictum effectum, non autem in-
ter ipsos germanos masculum, & fœminam ejusdem
matrimonii, & sic pariter extra casum.

Sextus est, ubi pater, vel mater, habens solum fœ-
minas ex eodem matrimonio, unam instituit, & aliam præterit, an scilicet præterita teneatur acqui-
scere parentis iudicio ex dispositione d. Statuti 161.
Urbis 141. & hic est casus disputatus in alia celebri
Romana supplementi legitima coram Cerro, atque
prima vice fuit dictum contraria fœminam preterita
tam, ex eo quod altera instituta esset etiam agnita,
eique conveniens ratio Statuti 141. ut patet ex decisi.
383. par. 9. recen. deinde verò recedendo ab hac opini-
one, contrarium dictum fuit, ut scilicet Statutum
intelligendum veniat de agnatis masculis, ut patet
ex decisi. 491. & 267. eadem par. 9. sed pariter extra
casum nostrum.

Septimus est, symbolizans cum præcedenti, ubi
parens habens filios masculos, & duas fœminas ejus-
dem matrimonii, cum masculis fecit aliquas dispo-
sitiones particulares, ex duabus vero fœminis, u-
nam instituit hæredem, & alteram præterit; Et
hic est casus dec. 183. Seraph. atque deciditur quod
si commodum institutionis, ac successionis bono-
rum esset filia fœmina, tunc non intraret Statutum,
sed posset alia fœmina præterita habere qua-
relam in officiis, vel petere supplementum, cum
fœmina instituta in ordine ad Statutum habeatur
tamquam extranea & hic est casus illius decisionis;

Verum quia titulus institutionis in persona fœmi-
nae reducebatur ad quid modicum, atque commo-
dum successionis majoris partis in effectu erat mas-
culorum ex dispositione particulari inter vivos, unde
propterea impliebatur si in statuti; Hinc pro-
pterea, spectato potius effetu, seu fine, quam
formalitate dispositionis, deciditur contra fœminam,
ut optimè num. fin. ideoque ista decisio non
solum extranea est à casu controversia, sed potius
retorquetur.

Octavus est casus, in quo patre, vel matre re-
linquente plures fœminas ejusdem matrimonii,

I

unum

De LUCA
De
flamentis
et castis
GVI

18 unum scilicet masculum, & duas foeminas, unam carum institutam heredem universalem, aliam vero præterea, masculum autem relinquit legitimam, quam iste non curet agnoscere, adē ut exclusio statutaria foemina præterita, non cedat commodo masculinorum curantis, ac non existentis in causa, sed cederet commodo foemina instituta; Et iste est casus de quo agitur in dicta Romana supplementa legitima 24. Martii 1659. coram Cerro, in quib[us] ac fundate deciditur, ut non intrat Statutum, sed foemina præterita petat legitimam ex ratione b[ea]titudinis deducta dec. 146. par. 10. recen. num. 6. Statutum exclusivum non habet locum, quando non extant masculi, vel si extant, atamen volunt, vel non possunt uti ejusdem Statuti beneficio, modo, quo in dictis alius casibus praecedentibus admittitur.

Ab his autem omnibus extraneis, diversusque erat praesentis controversia casus præcisus, in quo contentio non erat inter foeminam exclusam, & fratrem uterino, vel extraneum, vel alteram foeminam pretendentem, ut ejus commodo cedat foemina præterita exclusio, sed erat inter ipsos germanos fratrem & sororem, quoniam masculus pertebat ad sui commodum, effectum Statutarie exclusionis, qua mediante, illa quota, vel successio, qua de jure esset dimidiata, ita fieret integra in masculo; Istum vero casum præcūsum nulla ex dictis auctoritatibus, ac decisionibus percutit, cum omnes percutiant dictos alios causas diversos ad hunc effectum distinctos, quando scilicet contentio non sit cum ipso masculo ab intestato excludente, sed cum extraneo, qui ab intestato non excluderet, ut clara letatura ostendit, atque conciliando, seu declarando, explicat decisio in Romana fideicommissi de Marianis 28. Ianuarii 1661. coram Albergato, edita in casu de quo dicto seq. quoniam est distinctio vera; Ideoque dicebam, quod omnes dictæ auctoritates, ac decisiones tanquam extraneas segregandas erant, ac ponendas ad partes, ac propterea nulla remanebat auctoritas, qua percuteret istum casum præcūsum, cum solum allegarentur superius recentissimæ, qua omnes percutiunt dictos alios diversos.

20 E converso autem, individualiter, ac in ipsissimis terminis præcūsis ponderabam; Primo, explicitam doctrinam dicti moderni Michalor de fratr. p. 3. c. 9. num. 7.

Secundo, tanquam doctrinam antiquam, & considerabilem, etiam præcisam, & individualem ponderabam confutudinem Neapolitanam insinuatam dict. præced. ideoque intrat conclusio, de qua eodem dict. præced. quod ubi casus non reperitur in jure expresse decisus, tunc licet recurri potest, ita debet, ad leges, vel consuetudines adiacentium Regnum, vel Provinciarum.

Tertio, quod in eisdem terminis individualibus, ac præcūsis per argumentum, seu presuppositivem, affirmatur, vel supponitur per Rot. decis. 137. & 160. par. 6. recen. & in hujus cause decisione coram Priori decisiō post Michalor, de qua dict. præcedens, quoniam incepit illæ disputationes, si non fuisset habitum pro absoluto hoc presuppositum, quod in libito masculorum unius, vel alterius matrimonii sit numerare, vel non numerare eorum germanas sorores, ut cis expedit, quod per necessitatem supponit, ut intrat Statutum, ac alijs effet redargueret ipsam Rotam de fuitate.

Quarto id explicitè habetur apud Gratian. dict. 490. num. 32. vers. quia indistincte, & seqq. ubi num. 34. etiam institutum heres universalis ex-

traneus, si filio masculo relinquatur legitima. Quinto generaliter ceteris relatis idem firmat Bellon. jun. de jur. accrescen. cap. 5. quest. 49. numer. 13. & 14. ubi quod foemina non excluditur a sorore, vel a fratre uterino, sed bene à fratre utrinque coniuncto, cui ipsius foemina portio accrescit, idemque repetit cap. 6. quest. 15. num. 45. & 46. & num. 50.

Sexto, observabam quod bene huic parti afflitit eadem decis. Seraphin. 885. num. fin. qua agit de septimo casu supra exemplificato, ibi enim heres universalis erat altera foemina habenda jure extra-nei, sed quia stante piangi dispositione facta per donationem inter vivos favore masculorum, si foemina præterita admitteretur ad petendam legitimam, id in effectu tenderet in damnum masculorum, quorum donatio ita diminueretur, idcirco deciditur contra foemina spectato fine, seu effectu Statuti.

Atque ut bene adverterit Brun. ad Statut. excusis, inter tract. magn. modern. tom. 2. fol. 230. num. 109, explicando dictam theoricam Bart. in L. 1. §. qui habebat ff. de bon. poss. contr. tab. qua solet in hac materia hinc inde deduci, tunc Statutum non intrat, atque foemina succedit, quando masculus est in toto insuccessibilis, pura quia exhaeredatus, vel quia alijs non possit, vel nolit.

Et in summa in sensu omnium, tunc cessat Statutum, atque subintrat dispositio juris communis, quando resultaret dictum inconveniens, ut exclusio foemina cederet ad commodum extranei, non autem masculi à Statuto prædicti, & contemplati, adeo ut ejus finis vel effectus non adimpleretur, secus autem ubi id sequatur; Atque in hoc consilium æquivocum manifestum quod resultat ex frequenter damnato abusu intelligendi doctrinæ ad literam, qua occidit, non autem in spiritu, vel ratione, qua vivificat.

Hinc proinde advertebam recte in hoc proposito intrare propositionem in omni ferè materia frequenter insinuatam, & præsertim sub tit. de fiduc. & sub altero de alien. & contract. ut non cortex, et figura seu formalitas verborum, sed substantia veritatis, seu verisimilis voluntatis statuentium attendebat, cum etiam in Statutis passim intrent etiam præsumptivæ, seu conjecturales considerationes, que in desumenda ambigua morientur, vel contrariantur voluntate intrant; Ideoq[ue]s sic ad hunc effectum, nedum salubre, sed præcisè necessarium est toties decantatum monitum, ut judicantis, videlicet Consulentis partes esse debeant, quando allegantur Auctoritates, non insistere in sola littera, seu verbis, & quid dicant, vel non dicant in eo numero, vel loco, in quo allegantur, sed inspicere totam facti seriem, que ad hunc effectum, nedum commendabile, sed omnino necessarium est, ut tam in decisionibus, quam in consiliis bene distincta accedit, ejusque circumstantia combinanda sunt ad effectum dignoscendi an casus sit idem, vel versus; Ac etiam ponderare, an obiter aliquid deducatur, vel potius in eo sit controversia punctus, in quo consistat cause decisio; ponderando etiam qualitatem doctrinarum, an agatur de Consulentibus minoris fidei, vel de aliis fidei majoris, ita principaliter reflectendo ad congruum applicationem, in qua, non autem in indigesta, & confusa consarcinacione itotus est punctus.

In ultima vero dec. 27. Aprilis 1671. coram Vicecomite agnita inevitabilis difficultate in casu intellecti, omnia præmissa effugiendo, sive illa involvendo

²³ vendo sub silentio, ac si deducta non essent, constituit fundamentum in motivo insinuato *disc.* praecedens; quod scilicet Statutum excludens foeminas, easque faciens extraneas, procedat in casu intestatae successionis, non autem ubi defunctus cum testamento casagnovit, in suas cum legato etiam in causam legitimam; Istud autem motivum proximo sensu omnino improbabile videatur, ex eisdem rationibus de quibus *eod. disc. praeceps.* & in aliis hoc evadit, cum ita ea, que inducta sunt ad favorem, retorquentur in odium, atque ordinata ad ædificandum, importunt destructionem contra utriusque juris principia.

In proposito autem legitima debita matris reliqua hereditate per Statutum excludere per fratres, legitima solum sibi reservata, juxta dispositionem Statuti Urbis 146. In una Romana Dotis pro Ursula Baratta, consultus pro veritate, quanta esse deberet legitima sibi debita in successione filii ab intestato defuncti, superlitis unico fratre, & sororibus per eum exclusi per aliud Statutum 146. an scilicet habenda esset ratio solius fratri, adeo ut foeminae habenda venirent pro non extantibus, & consequenter legitima esset medietas tridentis, vel potius foeminae in hoc facerent numerum in damnum matris, reservata videtur inter ipsas, & carum fratrem ad cuius favorem fecerent partem.

Respondi quod Rotam *Ajulana legitima coram Bubalo impress. post Merlin.* de leg. dec. 39. tenet pro matre, ex regula quod legitima debeat esse tercia pars eius, quod quis habiturus esset ab intestato, & cum hac decisione simpliciter pertransirent Fenzon. add. Stat. ac alii deducti per Merlin. de leg. lib. iiii. 4. 97. num. 24. Quamvis autem ubi non haberentur decisiones, & auctoritates in contrarium, quæ tunc videre non licuit, durum esset in foro juxta communem usum in sola parte ratiocinativa oppositum sublinere; Advertebam tamen quod haec opinio parum mihi probabilis videbatur ex pluribus in precedentibus insinuata propositione, quod cum exclusio foeminarum propter masculos institorum favorem introducta sit, idcirco in eorum odium retrorqueri non debet, ideoque in eorumdem arbitrio repositum est foeminas numerare, vel non numerare, prout eis magis expedit, & consequenter quod masculo volente foeminas numerare, vel quia sit earum renunciariatus, vel quia earumdem portiones sibi a crescere debeant, seu quod sororibus gratificari velit, non videtur prohibendus, quareonus ipse ita velit, & eligat; Cessabat autem in facti specie difficultas, eo quia ibi controversia erat cum herede, ad quem dicebant probabilitus esse, ut illa facultas utpote in animo latens non transmittatur, ut in Fanen. sub iii. de success.

foeminas, an sit tercia totius, etiam proportionibus sororum; vel potius istarum portiones cadant sub fideicommisso per parentem ordinato.

SUMMARIUM.

- 1 *F. Ati series.*
- 2 *F. Resolutiones causa super hoc punto.*
- 3 *De decisionibus in Romana de Lante an portiones foeminarum accrescant fideicommissum.*
- 4 *De Statuto Urbis 141. & quando procedat necesse.*
- 5 *Quod dicta decisiones non placeant, & de ratione.*
- 6 *De differentia inter Statutum 141. & 145.*
- 7 *Regula cessante causa &c. limitatur, si effectus est consumatus.*
- 8 *Atento Statuto 141. non intrat quæstio an foemina faciat numerum.*
- 9 *Ubi agitur de causa Statuti 145. improprium est procedere cum Statuto 141.*
- 10 *De conclusione ut filius gravari possit in eo quod obtinet ex iudicio parentis quomodo intelligatur.*

DISC. V.

ORDNATO in eodem testamento per Marium Marianum, & Claram Albornam fideicommisso juxta scripsi dilucidè pro more enarratum *apud Donozett.* dec. 707. Postquam dicta decisio, ac etiam alia plures in causa fideicommissi, ac detractionum, aliarumque incidentium prodierunt *apud Roias inter suas decis.* 305. 311. 324. 380. 385. 389. & 428. Introducta causa in eadem Rotam coram Albergato, eaque restrita ad quantitatem legitimæ, in cuius causam, Papini, & alii possessores bonorum ab Antonio gravato distractorum, alienationes, seu censuim impositions sublinere conabantur ideoque bona non subiacere fideicommissu, cujus iure Cornelius veniebat; Ultra alios punctos, præcipuus fuit iste, an foeminarum exklarum portiones in legitima, accrescerent masculo, vel potius impinguarent fideicommissum, atque sub eo venirent; Posita enim pertinencia ad masculum, resultabat validitas alienationum, de quibus erat quæstio, dum ita legitima importabat scutos termille circiter; E converso autem importabat solum mille atque in prima propositione sub die 5. Maii 1655. dictum fuit, quod legitima esset solum tercia tercia; In propositionibus autem sub diebus 12. Ianuarii 1660. & 28. Ianuarii 1661. contrarium dictum fuit, neque causa ulteriore progressum habuit, quoniam concordia et finem dedit; Prima vero decisio est impress. par. 12. rec. decisi. 12.

Quatenus igitur ad hunc punctum pertinet; Ego, & ceteri Scribentes pro fideicommissario ad probandum, quod legitima liberæ dispositionis masculi, consistet in sola portione ad limites juris communis ei debita ex persona propria, non autem in portionibus duarum sororum, que ad favorem fideicommissi materni (de quo solum agebatur) cedere deberent; Deduceremus duas decisiones in Romana de Lante coram Coccino impress. dec. 99. & 300. post Fenz. ad Statutum, quæ circumferuntur tanquam in materia magistrales, & cum quibus proceditur in prima decisione impressa dicta decisi. 10. par. 12. reg. num. 16. & seq. In eis enim, recedendo.

De LUCA
De
flamentis
etc.
GVI
S

ROMANA
FIDEICOMMISSI
DE MARIANIS
PRO
CORNELIA ALICORNA,
CVM
PAPINIS, ET ALIIS
Casu varie decisio per Rotam, postea con-
cordatus.
Legitima masculi, ex Statuto excludentis
Card. de Luca P. III. de Legit.